

## LAMINE ILLE YAMAL AMORE CAPITUR.

1 LAMINE ILLE YAMAL SE PROPALAM PROFITETUR AMATOREM MUSICAE ARGENTINIENSIS, CUI NOMEN EST NICKI NICOLE. OBLATA CORONA ROSARUM, QUAE ARTEFICIOSE DISPOSITAE ERANT, ET FOLLE AERIO, QUI CORDIS SPECIEM REPRAESENTAVIT, ET TORTA, QUAE COLORE ALBO FULGEBAT, PEDILUSOR, QUI CUM MANU HISPANA IN CERTATIONE PEDILUDIARIA EUROPAEA VICTORIAM CONSEQUITUS ERAT, MUSICAE RAPIANAE EX URBE ROSARIO ORIUNDAE DECLARAVIT SE CUPIDITATE ET AMORE ARDERE IDQUE SIGNUM ET AMORIS ET LIBERALITATIS INSUPER TOTO CUM ORBI TERRARUM COMMUNICAVIT.

2 DIE LUNAE YAMAL PEDILUSOR MANUS BARCINONENSIS PRAECLARISSIMUS DECEM ET OCTO ANNOS NATUS IMAGINEM PHOTOGRAPHICAM, IN QUA ILLA NICKI NICOLE, QUAE SEPTEM ANNIS MAIOR EST QUAM IPSE, APPARET, IN MEDIO SOCIALI RETICULATO INSTAGRAM POSUERAT, QUO EIUS DIEM NATALEM VICESIMUM QUINTUM AGERET.

3 IN EA IMAGINE CONSPICITUR PEDILUSOR SUMMA LAETITIA ELATUS BRACCHIUM CIRCA CINCTUM CANTRICIS PONENS ET COXAM EIUS COMPLECTENS, IPSA VERO AD YAMAL SE APPLICAT MANUMQUE EIUS TENET.

4 ANTE ERANT CREBRI RUMORES YAMAL ET NICOLE INTER SE AMORE AMPLECTI. INSTRUMENTIS AUTEM DIVULGATIONIS NUNTIANTUR IN CONVIVIO LAETISSIMO LAUTISSIMOQUE INTER SE NOSSE, QUO YAMAL MENSE IULIO DIEM DUODEVICESIMUM NATALEM EGISSET.



## CONVERTIT IN LATINUM ASPASIA

**0 - 1 Lamine Yamal (Eigennamen) — ille, illa, illud** jener, der (bekannte) — **amore capi** sich verlieben (**amor, amoris m.** Liebe(sbeziehung), **capere (cepi)** erfassen) — **propalam** öffentlich, vor aller Augen — **se profiteri (professus sum)** + Akk. sich öffentlich als den u. den bekennen, sich so u. so nennen — **amator, oris m.** Liebhaber, Verehrer — **musica, -ae f.** Musikerin — **Argentiniensis, -e** argentinisch (**Argentina, -ae f.**) — **cui nomen est** + Nom. dessen/deren Name so u. so ist (**nomen, -inis n.** Name, **esse [fui]** sein) — **Nicki Nicole (Eigennamen) — offerre (obtuli)** anbieten, darbringen — **corona, -ae f.** Kranz — **rosa, -ae f.** Rose — **artificiosus, -a, -um** kunstvoll — **disponere (disposui)** anordnen — **folllis aerius** Luftballon (**folllis, -is m.** Sack, Ballon, Windball, **aerius, -a, -um** Luft-... — **cor, cordis n.** Herz — **species, -ei f.** Gestalt — **repraesentare (repraesentavi)** darstellen, nachahmen — **torta, -ae f.** Torte (*eig.* gewundenes Hefegebäck, Striezel) — **color, -oris m.** Farbe — **albus, -a, -um** weiß — **fulgēre (fulsi)** strahlen, glänzen — **pedilusor, -oris m.** Fußballspieler — **qui, quae, quod** der, welcher (*Rel.Pron.*) — **cum** + Abl. (zusammen) mit — **manus, -us f.** Hand; *hier:* Mannschaft (< eine Handvoll Personen) — **Hispanus, -a, -um** spanisch (**Hispania, -ae f.**) — **certatio pediludiaria Europaea** Fußballeuropameisterschaft (**certatio, -onis f.** Wettkampf, **pediludarius, -a, -um** fußballerisch, Fußball-..., **Europaeus, -a, -um** europäisch) — **victoria, -ae f.** Sieg — **consequi (consecutus sum)** (durch Leistung) erringen — **musica rapiana, -ae f.** Rapperin — **e(x)** + Abl. aus — **urbs, -is f.** Stadt — **Rosarius, -ii m.** Rosario (*Eigennamen: die drittgrößte Stadt*

*Argentiniens*) — **oriundus, -a, -um** stammend **declarare (declaravi)** deutlich zu verstehen geben, deutlich zeigen — **se er (im Acl.) — cupiditas et amor** heiße Liebe (**cupiditas, -atis f.** Verlangen, Leidenschaft, **amor, amoris** Liebe) — **is, ea, id** er, sie, es; dieser, diese, dieses — **ardēre (arsi)** entbrennen, verzehrt werden — **signum, -i n.** Zeichen — **et ... et ...** sowohl ... als auch ... — **liberalitas, -atis f.** Freimut, Freigebigkeit, Offenheit — **insuper** noch dazu — **totus, a-, -um** ganz — **orbis terrarum** Erdkreis (**orbis, -is m.** Kreis, **terra, -ae f.** Land) — **communicare (communicavi) cum** + Abl. mit jdm. teilen, jdm. mitteilen

**2 - 3 (dies) Lunae Montag (dies, diei m.** Tag, **luna, -ae f.** Mond) — **Barcinonensis, -is,** aus Barcelona (**Barcinoa, -ae f.**) — **praeclarus, -a, -um** hervorragend — **decem et octo** achtzehn — ... **annos natus, -a, -um esse** ... Jahre alt sein (**annus, -i m.** Jahr, **natus, -a, -um** geboren) — **imago photographica** Fotografie (**imago, -inis f.** Bild, **photographicus, -a, -um** fotografisch) — **septem** sieben — **maior (natu)** + Abl. *mens.* so u. so viel älter — **quam** als (*Vergleichspartikel*) — **ipse, -a, -um** er selbst — **apparēre (apparui)** zu sehen sein — **medium sociale reticulatum** soziales Netzwerk (**medium, -ii n.** Gemeingut, an dem alle teilhaben, das allen zu Gebote steht, zugänglich ist [GEORGES 1913], **socialis, -e** gesellschaftlich, gesellig, sozial, **reticulatus, -a, -um** netzförmig, gegittert, vgl. **rete, retis n.** Netz) — Instagram (*Eigennamen*) — **ponere (posui)** hinstellen, (*hier:*) posten — **quo** + Konj. damit dadurch (= **ut eo, finaler Relativsatz**) — **eius, Gen. von ea, gemeint ist Nicki Nicole** — **natalis**

Geburtstag (**natalis, -e** zum Geburtstage gehörig, Geburts-) — **vicesimus quintus** fünfundzwanzigster — **agere (ēgi) (hier:)** (einen Festtag) begehen, feiern — **conspicere** erblicken; *Pass:* zu sehen sein — **laetitā efferrī** vor Freude ausgelassen sein (**laetitia, -ae f.** Freude, **efferrī alqā re** [z.B. **laetitiā, dolore, studio, iracundiā**], fort-, hingerissen werden [Cic.]) — **bracchium, -i n.** Arm — **cinctus, -i m.** Taille (s. HELFER LEX. AUX.) — **cantrix, -icis f.** Sängerin — **coxa, -ae f.** Hüfte — **complecti (complexus sum)** umarmen — **applicare (applicavi)** sich anschmiegen — **tenēre (tenui)** halten, in der Hand haben

**5 ante** zuvor schon — **creber, -bra, -brum** häufig wiederholt, immer wiederkehrend — **rumor est** + Acl es geht das Gerücht, dass (**rumor, -oris m.** Gerücht) — **alqm. amore amplecti** (Cic.) ins Herz schließen, mit ihm zärtlich od. schön tun (**amplecti [amplexus sum]** um-schlingen, umfassen) — **inter se** einander — **instrumenta divulgationis** (VICIPÆDIA) Massenmedien (**instrumentum, -i n.** Werkzeug, Hilfsmittel, **divulgatio, -onis f.** die Ausbreitung, Bekanntmachung) — **communicatio, -onis f.** Kommunikation — **nuntiare (nuntiavi)** berichten; **nuntiantur** es wird berichtet, dass sie (*Ncl*) — **convivium laetum lautumque** Party (**convivium, -i n.** Gastmahl, **laetus, -a, -um** fröhlich, heiter, **lautus, -a, -um** üppig, ansehnlich, prunkvoll) — **nösse (= novisse)** kennen — **mensis Iulius, -i m.** Juli (**mensis, -is m.** Monat) — **duodevicesimus** achtzehnter

## **Deutscher Ursprungstext:**

### **Lamine Yamal verliebt sich**

**1** Lamine Yamal steht zu seiner Beziehung mit der argentinischen Musikerin Nicki Nicole. Mit einem Gesteck aus Rosen, einem herzförmigen Luftballon und einer weißen Torte hat der spanische Fußballeuropameister der Rapperin aus Rosario seine Liebe bewiesen – und diese Geste mit der ganzen Welt geteilt.

**2** Am Montag hatte der 18 Jahre alte Star des FC Barcelona das Bild mit der sieben Jahre älteren Nicki Nicole auf Instagram zu ihrem 25. Geburtstag veröffentlicht.

**3** Darauf ist zu sehen, wie der vor Freude strahlende Fußballspieler seinen Arm um die Taille der Sängerin legt und ihre Hüfte umfasst. Nicki Nicole schmiegt sich an Yamal und hält seine Hand.

**4** Über eine Beziehung der beiden war schon spekuliert worden. Laut Medienberichten sollen sie sich auf der Party zu Yamals 18. Geburtstag im Juli kennengelernt haben.